

ctioni à natura destinatum. Quæ verò heterogenea sunt & organica, animata sunt, diuersisque actionum munijis præponuntur: id quod vel sola testatur ab Aristotele proposita animæ *z. de Anima* definitio. Quæ ergo forma dicatur totius exanimati, quod ex congerie partium diuersarum sit conflatum? Vt consequenter, quæ toti facultas inest à partium priuata temperie proficiscatur. Præterea cùm forma sit substantia: quo verò cohereant partes dissimiles, merum sit accidens situs & contiguitatis, quo pacto formæ nomen & officium sustinebit? Quantumuis autem accidētis forma non careat, eam tamen parum aut nihil ad perpetrandas facultatum diuersarum actiones conducere adstruimus. Quo ipso iam non nobis contrarij sumus, quasi diceremus quippiam præter ea, quæ superiùs constituta probataque sunt, mixtum inanimatum suarum partium continuitate vnum, quâ vnum est, actiones obire. Actiones enim eas nō per se totius esse diximus, sed per accidens: quâ partes inuicē iunctę mutuo cōmunicant suarum facultatū vires:

H 4 & ac-